

Paul Tarnow Christian Michaelis

Disputatio De Ministrorum Verbi Divini Officio: Quod Et Quibus Partibus Illud Constet: Deque Legitima Earum Sustinendarum Ratione

Rostochii: Pedanus, 1618

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737583878>

Druck Freier  Zugang



Test. v. Michael

P. Tarnovius.

R. U. theol. 1618.

Disputatio
DE
MINISTRORUM
VERBI DIVINI OFFICIO :
QUOD ET QUIBUS PARTIBUS
ILLUD CONSTET: DEQUE LEGITIMA
EARUM SUSTINENDARUM
RATIONE.

Ad cuius theses


AUXILIANTE DEO TRINUNO
SUB PRÆSIDIO

PAULITARNOVII
S. S. Theologiæ D. & Professoris,

Respondebit publicè

CHRISTIANUS MICHAEL.

In auditorio majori, A. d. VI. Kal. Julij.



ROSTOCHII

Typis Joachimi Pedani, Acad. Typog.

ANNO M. DC. XVIII.

1618





Inisterij ecclesiastici, & illorum, qui in eo versantur, quisnam esse debeat scopus, quæ studia & labores, præcepto breviter comprehendit apostolus 1. Tim. 4. v. 13. & seqq. exemploq; idipsum suo docet, Act. 20. v. 20. & 31. 1. Thessal. 2. v. 11. quod imitari omnes jubet, Philip. 3. v. 17. vitareq; diversum sectantes, qui terrena sapiunt, & vel ventris pascendi, vel inanis gloriæ caprandæ studium sibi propositum habent, ibid. v. 19. Utrumq; cum semper ob oculos habere, & quæ vel ad illud intelligendum, vel ad hoc sequendum faciant, animo meditari conveniat omnes, qui vel in ministerio versantur, vel ad illud rectè suscipiendum sustinendumq; se parant; non abs re futurum speramus, si quædam huc pertinentia ad disputationem & collationem sententiarum modestam & eruditam publicè proponamus. Ex quorum numero hoc tempore duo præcipua capita attingemus: I. Quot & quænam sint partes ministerij Evangelici. II. De legitima in iisdem versandi ratione.

I.

DE PARTIBUS OFFICII
MINISTRORUM.

THESIS I.

DE ministerij sacrosancti rectè suscipiendi fideliterq; obeundi ratione acturis ante omnia definiendum explicandumq; videtur, quidnam sit, in quo fideles ministri suam occupare debent operam, de hoc enim prius constare oportet, quàm de legitima in eodem versandi ratione agatur. Sit igitur præliminaris quæstio, Quod & quænam sint ministeriorum verbi sive pastorum officij partes? Resp. Nos duas tantum agnoscimus, prædicationem verbi divini, & administrationem sacramentorum. Alij tres, qui enumeratis duabus adijciunt vel gubernationem ecclesiæ: quod fieri posse existimat Heerbrandus in compendio theol. p. 460. cui assentitur Menzerus in dispat. 2. contra Pistorium, thesi 25. Hyperius lib. 3. methodi theol. p. 702. addit claves ecclesiæ: idem facit Chemnitius in encbirid. p. 2. Arætius

Officij pastoralis duas partes. Prædicationem & Administrationem sacramentorum.

in examine p. 8. & parte 2. problem. p. 113. ponit disciplinam: item Zanchius lib. 1. epist. p. 168. vel preces: ita Iunius de ecclesia, p. 97. Alij quatuor: qui tamen inter se non conveniunt. pars addit recensitis duabus disciplinam morum & preces: vide Arerium probl. parte 3. p. 180. & Mylium in A. Conf. p. 206 b pars adiungit ipsidem potestatem clavium, ligantis imponentes solvendiq; penitentes, & disciplina ecclesiastica executionem. Vide repetitionem A. Confess. p. 259. Chyrcæ catechesin in loco de ecclesia, Hasenreff. Loco sextæ de ecclesia, p. 407. Eckhardum de ordine ecclesiast. & politico, pag. 102. Sed inter hos occurrit discrepantia quædam in quarta parte, quæ priores duo tantum comprehendunt ordinationem ministrorum, posteriorum vero unus, præter hanc addit ceremoniarum indifferentium ordinationem & curam pauperum: alter, præter eandem, includit isti parti duas alias, nempe morum censuram per admonitionem privatam cum solitariam, tum adhibitis duobus testibus, & copulationem benedictionemq; sponsorum sive neogamorum. Alij quinque: qui etiam inter se non consentiunt, quidam enim recensitis duab. addunt hæc tria: vita Christianæ exemplum, quo præcunt pastores suis opibus curam gregis, quam declarent precibus pro eo: deniq; pauperum sustentandorum studium ita D. Lobechius dist. 14. in A. Conf. thesi 89. cuius quod ad numerum consentit Zanchius in volum. tract. theolog. pag. 657 sed pro vita Christianæ exemplo recenset disciplinam ecclesiasticam: quidam vero planè nova videntur singulis partibus attribueret. pastoris enim boni esse statuunt, 1. oves in bona pascua ducere. 2. arcere ab eis lupos & omnes res noxias. 3. errantes in viam reducere. 4. infirmas & ægrotas curare. 5. etiam eas, quæ nondum oves videntur, querere, & Christo lucrifacere. D. Tossanus in pastore Evangelico p. 83. Alij sex: inter quos itidem apparet discrepantia. nonnulli enim proximo loco priori ordine commemoratis adiungunt disciplinam ecclesiasticam. Hemming. in pastore, p. 135. Ursinus in Catech. p. 778. nonnulli unam partem in aliquot dividunt, ut facit D. Chemnitius L. C. parte 3. p. 337. Ubi fidelitate, quæ in ministro requiritur 1. Corinth. 4. v. 2. hæc comprehendit ait: 1. notitiam sanæ doctrine tradendæ. 2. integram eiusdem traditionem. 3. re-dargationem contradicentiam. 4. omnia dirigere ad aedificationem ecclesiæ, re-vo-ando omnia ad certa capita, penitentiam, fidem & bona opera: vel ad doctrinam, elenchum, admonitionem, correctionem & consolationem. 5. exemplum vitæ inculpate 6. preces Idem parte 2. L. C. p. 147. sex ministerij partes recenset: 1. predicationem verbi. 2. legitimam administrationem sacramentorum. 3. usum clavium. 4. preces. 5. typum credentium. 6. curam pau-
perum

perum D. Chytræus in regulis vitæ p. 126. hæc sex partes ministerij constituit: 1. prædicationem verbi: 2. administrationem sacramentorum: 3. annunciationem remissionis peccatorum & absolutionem penitentium: 4. visitationem & consolationem ægrotorum & afflictorum: 5. excommunicationem contumacium: 6. vitæ inculcata exemplum D. Hesbusius lib. 2. de vera ecclesia cap. 10. p. 183. his consentit, excepta quarta & sexta parte, ubi ordinationem ministrorum verbi & institutionem ceremoniarum, conjunctam cum cura pro pauperibus, collocat. VVilhelmus Zepperus lib. 2. politicæ eccles. c. 4. p. 336. similiter sem officia pastoris erga ecclesiam recenset: sed tertio loco rectam adia phorum observationem ponit.

2. Hanc discrepantiam, cujus explicatio ad ἰδιοτεράζιος ministrorum describendam & ἀξιοτεράζιος sequestrandam necessaria est, ut partim conciliare, partim dyadicare possimus, opus erit accuratori terminorum simplicium expositione.

3. Partes his igitur intelligimus generalia membra totius officij pastorum, in quod ipsum prima divisione ita perfecte distribuitur in suas operationes, ut nulla propria omittatur, nulla aliena assumatur: non autem partium generalium subdivisiones, quibus unius partis usus varius explicetur.

4. Officium autem appellamus essentialè, proprium & perpetuum pastorum ecclesie, quatenus sunt pastores, non quatenus sunt Christiani: ubi munus commune habent cum omnibus.

5. Pastores deniq; hoc loco non metimur gradu, sed officio: & proinde omnes intelligimus, quotquot ecclesie præsent, eamq; pascunt.

6. His expositis, (unde, quæ sententiæ cum nostra non pugnent, patere arbitramur,) argumenta nostra subjungemus, petita ex quatuor fontibus: 1. testimonia scripture, Mat. c. 28. v. 19. 20. Mar. 16. v. 15. 16. quibus addatur Luc. 22. v. 19.

7. II. Praxis apostolorum, Act. 2. v. 14. & 38. c. 8. v. 35. & seqq. c. 16. v. 31. & seqq. cum quibus conjugatur 1. Cor. 11. v. 23. & seqq.

8. III. Auctoritas doctorum, nempe Augustinæ Confess. auctorum, qui fuerant Lutherus & Philippus: Hæerbrandus in compendio p. 460. Chytræus in catechesi, in tertio præ. epito, VVigandus in syntagm. N. T. priori parte p. 362. posteriori p. 1136. Calvinus lib. 4. instit. c. 3. §. 6. Martyr. in L. C. p. 1388. §. 25. Arsinus in Catech. p. 468 & 776. VVitakerus de concilijs, pag. 83. Paræus in 1. Cor. 4. p. 200. Zepperus de Sacram. p. 305.

9. IV. rationes tres, quarum una κατὰ σκοπεύασις, reliquæ ἀνασκοπεύασις: 1. Quorum partium operationibus ecclesia gignitur, alitur &

conseruatur, illæ solæ sunt muneris pastoralis essentialæ, propriæ & perpetuæ. At enumerationum duarum partium operationibus competit prius. E. & posterius.

10. 2. Omnis fidelis pastor exsequitur singulas sui muneris partes. Aliqui pastores sunt & habentur omnium rectè intelligentium iudicio fideles, qui enumeratas partes singulas, v. g. ordinationem ministrorum, ceremoniarum, & similia, non exsequuntur. E. aliqui pastores sunt fideles qui non exsequuntur singulas sui muneris partes: quod est absurdum: ergò & illud, unde hoc sequitur.

11. 3. Nulla est vera ecclesia, cuius pastor aliquam sui muneris partem essentialem omittit: quod patet ex contrario per inductionem omnium, quæ pro veris ecclesijs Christi habentur idcirco, quod habent pastores prædicantes verbum Dei & administrantes sacramenta. Multæ sunt Lutheranorum ecclesie, quarum pastores vel non ornant, nec possunt rectè orare pro ecclesia, quia sunt impij & peccatores impenitentes, quos non exaudit Deus, Iohan. 9. v. 31. vel non ordinant ministros, vel non instituunt ceremonias, vel non curant pauperes de bonis ecclesiasticis, quæ non habent in hunc usum destinata, vel non copulant conjuges sive sponso, ut in nosodochijs. E. multæ Lutheranorum ecclesie non sunt veræ: quod quia iterum est absurdum, & tamen sequitur ex nonnullorum opinionibus, has ipsas esse veritati non consentaneas patet. Ex verò enim nil nisi verum sequitur.

12. Licet autem hæc pro veritate contra Donatistas aliosq. hereticos ita rectè afferri statuamus: eorum tamen sententiam non improbandam ducimus, qui in pastore quolibet requirunt & doctrinam sanam, (sub qua sacramentorum administrationem comprehendunt) & vitam inculpata. ea enim non solùm ipsas operationes sive finem internum huius muneris sed etiam scopum & finem externum eumq. proximum, qui est ædificatio ecclesie, respicit, à quo ultimus, qui est gloria Dei, abesse nequit: simulq. ostendit, quidnam utriq. fini promovendo in pastore sui muneris partes obeunte maximè inferuiat, vel obster, nimirum mores docentis, qui ut vel conformes vel disformes sunt doctrine, ita predicationis fructui in auditoribus vel commodant vel incommodant.

13. Huc pertinent monita Christi, Matth. 5. v. 13. & seqq. & Apostoli, 1. Tim. 3. v. 2. & seqq. c. 4. v. 12. & 16. c. 5. v. 22. c. 6. v. 11. Tim. 1. v. 7. 8. & 9. c. 2. v. 7. 8. Item πολυθρύλλητον illud Nazianzenæ τρεῖς ἄσπερον: Ἡ μὴ διδάσκειν, ἢ διδάσκειν τὴν τρέπον, μὴ τῇ μὲν ἔλκειν, τῆς δὲ ἰσπαρῆσαι χεῖρ. ἢ τὸν δεῖσθαι τὴν λέγειν πρὸς τὴν ἀδελφὴν θεοῦ

Φεὺς διδάσκει τὸ πᾶν τοῖς ἐκτίμοις. vide in eandem sententiam
duo alia τεράστια apud eundem ibidem, & August. lib. 4. de doctrina
Christi. cap. 27. toto.

I I.

DE RECTA RATIONE VERSANDI IN
ILLIS PARTIBUS, ET PRIMO QUIDEM QUOD
AD VERBI PRÆDICATIONEM
SPECTAT.

1. Offensum est hactenus, duas esse partes officij pastorum essentielles & proprias: proximum est, ut de singulis illis agamus, primo quidem de verbo, deinde etiam de sacramentis. De priori duo principalia capita in considerationem veniunt: unum est de verbo ipso, quod docendo proponendum est: alterum de prædicatione sive modo, quo in docendo utendum: sive publicè & communiter cum universo ecclesiæ alicujus cœtu, sive privatim & seorsim cum singulis sit agendum.

2. I. Q. Quid verbi appellatione intelligatur? Resp. Evangelium, ut Christus appellat, Marci 16. v. 15. & apostolus, Rom. 2. v. 16. & alibi. contrarium sentiunt, qui præter λόγια Ἰησοῦ, quæ Petrus 1. epist. 4. v. 11. prædicanda docet, profana aut etiam fabulosa admittunt, de quibus Luth. T. 4. germ. Ien. fol. 248. b. qui olim ex Aristotele & iure canonico concionari fuerunt, & ut idem T. 3. Ienensi germ. fol. 301. a. loquitur, von Blaw Enten.

3. Sed quia Evangelium, in lata significatione, breve & longum dicitur, secundum Bartholomæi apophregma, quod refert Dionysius Areopagita ὡς ἐπιμυστικῆς ἡερολογίας, καὶ φ. α. duo etiam distincta, non re & substantia, sed accidenti sive modo & forma tradendi, quæ in uno contracta & compendiaria, in altero dilatata & copiosior est, hac voce comprehenduntur: quæ vulgò Catechismus & scriptura sacra dicuntur. Illo summa doctrine Christianæ, rudimentorum & isagoges forma traduntur: hac uberrima omnium illius summæ capitum & articulorum explicitatio continetur: ille, quia competit pueris & rudibus, Lac igitur, 1. Cor. 3. v. 2. Heb. 5. v. 12, 13. 1. Pet. 2. v. 2. hæc verò, quia ad ulterioribus & jam eruditis in elementis initiij eloquiorum Dei convenit, solidus cibus dicitur, Heb. 5. v. 12.

4. Similem in artibus & disciplinis, rectè ad captum auditorum tradendis diversitatem & olim observatam, & hodie etiam observari norum est, dum:

dam imperitis tyronibus & primùm incipientibus rudimenta & isagoga, peritioribus & aliquoties progressu pleniore & subtiliores tractationes proponuntur.

5. De hoc itaqz, quod & scriptura docet, & natura quodammodo comprobatur, pluribus agere supervacaneum ducimus: ad ea potius descendimus, quæ de alterutrius vel necessitate in utroqz libro, nature & scripturæ, preposita magno ecclesie malo à multis negliguntur, vel libertate sine justa causa impugnantur.

predicatio catechismi
necessaria.

6. 2. Q. An necesse sit omni pastori predicare Catechismum? Resp. affirmamus: negativam probant multi, si non voce & sermone oris externo, saltem interno animi & facti: de quibus Lutherus T. 4. germ. Ienensi, fol. 426. b. in præfatione Catechismi majoris, ubi ex causa efficiente eosdem distinguit in duos ordines. alij enim ex superbia ita faciunt, quib. hæc simplicior docendi forma non placet, in qua nihil magna & sublimis artis reperiatur: alij partim ex mera pigritia, partim ex nimia ventris terrenorumqz bonorum congerendorum cura ab eadem avocantur.

7. Pastorem hic intelligimus omnem ministrum verbi ad docendum in ecclesia constitutum: sive is secundum ordinem humana auctoritate introductum sit supremus, sive medius, sive infimus: h. e. ut nunc loquimur, Superintendens prepositus, pastor, archidiaconus, diaconus.

Predicare Catechismum
autem quid sit

8. Predicare Catechismum non appellamus, quod vulgò intelligunt, ex suggesto tradere tantùm capitulum doctrinæ Christianæ explicationem, sed docendo partim præire & instillare cum verba, quibus fundamenta religionis nostræ comprehensa sunt, tum sensum & intellectum eorundem, partim reposcere dictata & instillata examinandoqz singulorum profectum explorare & confirmare.

9. Necessitatem hujus operis omnem metimur ex officij pastoralis debito, adeò ut, cui illud impositum est, eidem hunc laborum catechizandi incumbere statuamus sunt enim hæc necessariò ita connexa, ut cui cura omnium pascendarum ecclesie est commissa, eidem hanc istius curæ partem primam præcipuam simul commissam, nec quenquam exemptum esse, citra neglectum officij, putemus.

10. Argumenta quæ huc afferri poterant ex scriptura: (Luc. 1. v. 4. Act. 18. 25. Rom. 2. 18. 1. Cor. 14. v. 19. Gal. 6. v. 6.) ex historia ecclesiastica: (Euseb. lib. 5. hist. cap. 10. lib. 6. cap. 3. 20. ex Concilijs: (vide vel unicam dist. 4. de Consecrat) ex Patribus: (Dionysio Areopag. eccles. hierach. c. 2. Cyrill. Hierosol. in opusculo Catecheseon: Basilij *ὁμιλία ἀ πρὸς τὸν π. α. β. Ναζιαν.* ἐς ἄγ. Βά. Γ. Greg. Nysseno in orat. Catechetica, quæ hujus

hujus auctoris nomine circumfertur: Cypriano, l. 3. adversus Iudaeos cap. 98. Tertull. in lib. de penit. cap. 6. Hieron. in c. 28. Matth. August. in enchiridio, item in lib. de fide & operibus, c. 7. & 20. deniq; de Catechizandis rudibus.) quib. antiquitas, necessitas, dignitas & utilitas hujus moris & laboris ostenderetur: (neq; enim rem tam laboriosam, nisi summè necessariam & maximoperè utilem, suscepisse apostolos, conservasseq; subsequentes doctores credendum est.) sed, prolixitatis vitandè gratia ista omittimus ne tamen sententiæ nostræ veritas ambigua, cuiquam videatur, unam & alteram rationem ejus confirmandæ illustrandæq; causa apponemus.

11. 1. ratio: Sine quo ne quidem initium curationis animarum fieri potest in ullis ovibus, illud est omni pastori, qui officium illud curationis divinitus sibi delatum suscepit, præstium summoperè necessarium. Sine Catechismi prædicatione initium curationis animarum fieri non potest in ullis ovibus. E. Catechismi prædicatione omni pastori summoperè est necessaria

12. Propositionis necessariæ connexio ut melius intelligatur, expendi opus erit hæc quatuor: I. qui auctor ministerij, nempe Deus, 2. Cor. 5. v. 20. Patri tribuitur Matth. 9. v. 38. Filio, Eph. 4. v. 11. Spiritui S. Act. 20. v. 28. II. officium ministrorum, ejusq; legitime præstandi modus: illud est pascere ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo, Act. 20. v. 28. hic vero fidelitatis appellatione generatim indicatur, 1. Cor. 4. v. 2. sed specialius describitur Ebr. 13. 17. ubi præpositi sive pastores ita ἀρχιερεῖν καὶ ποιμένες dicuntur, ut qui rationem reddituri sint Deo. III. ovium morbi, in quibus pereunt curâ pastorum non liberatè ab eis: qui sunt ignorantia Dei & inobedienciæ Evangelij 2. Thessal. 1. v. 8. IV. In quo casu pastor pro ove pereunte in alterutro horum morborum teneatur ipse penam percunctis luere: ubi nimirum ipse fuerit in culpa, Ezech. 3. v. 16. & seqq.

13. Assumptionis veritas patet ex 1. Cor. 3. v. 2. Heb. 5. v. 13. & comprobatur eam omnium secularium experientia.

14. 2. ratio: Examen ovium, præsertim rudiorum, est omnibus pastoribus fidelibus necessarium. debent enim nosse singulas, exemplo Christi, Ioh. 10. v. 14. & ita pro singulis vigilare, ut possint Deo rationem reddere, Heb. 13. v. 17. & inter causas, cur verineatur in nostris Ecclesijs privata confessio, non postrema est exploratio profectus in religione. (vide Catechesin D. Chyrtai in loco de penitentia, & alios.) Catechismi prædicatione, quam hic argemus, est tale examen. E. Catechismi prædicatione est omnibus pastoribus necessaria.

15. 3. ratio: Aut omnibus, aut aliquibus, aut nulli pastorum necessarium

B

est

Autor Ministerij D
Pat. Fl. Spir. S.

Examen in Eccles
est necessarium

est predicare Catechismum. Non hoc ultimum: quod, nisi esset in confesso, pateret ex absurdi consequente. si enim nulli pastorum est necessarium predicare Catechismum, licebit eum exterminare ex ecclesia: in qua tamen facere dicitur miracula, sicut in scholu Grammatica. Non istud intermedium: de quo nullam exstat præceptum: ubi autem lex non distinguit, ibi nec nostrum est distinguere. E. illud primam.

16. 3. *Quest.* Catechismi prædicatio quomodo utiliter instituenda? *Resp.* D. Lutheri consilium hic imprimis probamus: eidem non infructuosè aliorum bonè monita & exempla subjungentur.

17. Lutherus autem in suo consilio, quod minori Catechismo præmisit, duplicem videtur sibi proposuisse scopum: unum, notitiam doctrinae Christianae: alterum, vitam doctrinae conformem.

18. Notitia tres constituit gradus 1. primò enim ipsa capita doctrinae Christianae tandiu verbis ejusdem vult proponi, donec auditores ea comprehenderint 2. memoria: id quod explorari potest examine. 3. deinde singularum particularum 4. explicationem brevem, qualis in minori Catechismo traditur. 5. tertiò deniq; 6. superiorem expositionem, ex scriptura dictis & exemplis: qualis in majori Catechismo & alibi exstat.

19. Vita Christiana examen aliquod in crebro Eucharistia usu legitimo synodochicè proponit. qui enim didicit ex lege, quorum & quam atrocissimè peccatorum sit reus, quam horribilibus penis propter eadem sit obnoxius: ex simbolo & oratione Dominica, unde & quomodo ab his liber sit, & quid ad fidei confirmationem gratitudinemq; Deo præstandam sit necessarium: is facere non potest, quin libenter & sepe utatur cæna Domini: quod qui non facit, à eo ipso prodit, se nihil istorum intelligere, aut credere, & præinde, nisi respiscat, excommunicandum esse.

20. Aliorum monita si quis desiderat, præter ceteros, Hyperium parte 7. opuscul. theol. p. 493. & Zepperum de polit. eccles. lib. 2. c. 10. p. 441. consulere potest: ubi quæ ad modum instillandi pertinent, in quo prior actus consistit, multa utilia inveniet: de ratione repetendi, qui est aliter Catechizandi actus, monet idem Zepperus lib. 1. c. 6. p. 72. Addi huc poterunt, quæ exstant in Calvinii epist. 302. Bezae epist. 20. de ipsorum diligentia, in visitandis singulorum domibus quotannis, examinandaq; singulorum fide & vita: quorum zelus & indefessum studium in hoc genere utinam nostros ad æmulationem provocaret!

21. 4. *Quest.* Numquid absolutè necessaria sit ista integrorum scripturae librorum explicatio, an verò sufficiat pericopatum.

Explicatio omnium ordine librorum biblicorum non est absolute necessaria.

25. 2. Praxis ecclesie in V. & N. T. multu seculis: ex qua ita argumetur: Absolute necessarijs ad fidem nunquam caruit vera ecclesia. Explicatione integrorum bibliorum, sive omnium ordine librorum, caruit multis seculis ecclesia V. & N. T. E. non est absolute necessaria. Minor probatur: Ecclesia V. T. licet lectionem Moysi integri secundum seriem capitum ordinari, distinctam Parascioth sive sectionibus certis: idem tamen de Prophetis prioribus & de posterioribus, aut de hagiographis non fecit: multo minus explicationem omnium & singulorum librorum instituit. Quod vero tempore persecutionis ex Prophetis aliqua prelegi ordinata sunt, id potius aduersatur quam patrocinatur aduersarijs. he enim Haphtharoth non secundum seriem capitum, sed secundum argumenti & materialium cum Moysi similitudinem selecte sunt: cuius rei occasio fuit: ex interdicto lectionis Mosaicæ ab Antiocho aliquando facte: & ad eius calamitatis memoriam conservandam etiamnum lectiones Mosaicæ cum Prophetis coniungunt: ut ex R. Nahasson docet M. Christmannus in appendice Calendarij Palaestinarum pag. 158. Buxtorfius tamen in synag. Iudaica cap. 11. pag. 348. hanc causam retentionis prophetice non videtur agnoscere. (Confer, si libet, cum his: Elie Levita Tubi in rad. 1705, & Tremell. in Act. 13. v. 15.) In primitiva quoque ecclesia N. T. nullum vestigium apparet huius explicationis librorum sacrerum omnium ordine facte, nisi in Patrib. quibusdam, usque paucioribus: qui tamen ordine omnes libros sacros non enarrarunt: & licet hoc scissent, ipsorum tamen institutam absolutam necessitatem non importaret. Lectionem scripturæ ordine factam fuisse, ad exemplum Iudeorum in V. T. Moysi ordine perlegendium, apparet: aliud vero est legere scripturam, aliud eam explicare.

Dimisit Lamm ut, Exeruit

Instantia potest de lectione scripturæ ordine facte ad. Vlt. impu...

26. 3. Quæ sunt absolute necessaria in ecclesia, ea habent præceptum divinum, nec mutari possunt ab homine citra enorme peccatum. Explicatio integrorum librorum secundum seriem non habet præceptum divinum & mutari aliquo temperamento moderationeque adhibita potest citra peccatum, ipso aduersario, VVilhelmo Zeppero, iudice, lib. 2. de apolitia ecclesiast. cap. 8. pag. 420. E. non est absolute necessaria.

Explicatio integrorum librorum, sicut in ista seriem non habet divinum præceptum.

In ecclesia omnia ad captum & adificationem auditorum dirigenda sunt.

27. Posterioris generis totidem: 1. ex scriptura dicti, quæ omnia ad captum & adificationem auditorum dirigenda esse, docent: 1. Cor. 3. v. 2. ibid cap. 9. v. 22. cap. 14. v. 26 cap. 9. Facti sum infirmis infirmis, ut infirmos lucrificarem.

28. 2. Ex praxi ecclesie, hoc modo: Ex quorum lectione & explicatione ecclesia V. & N. T. fidem concepit alii & confirmavit, eadem hodie ad eundem usum sufficere possunt. Ex peri. opis scripturæ lecti & explicati ecclesia V. & N. T. quans

quàm plurimè fidem concepèrunt, aluerunt & confirmàrunt. E. ad eundem usum
sufficere possunt. Minoris prior pars patet partim ex Act. 13. v. 15 & 27. cap. 15. v. 21.
partim ex dictis secundo argumento ἀναστρέψαντες: quibus confirman-
dis adijunge indicem biblijs hebraeis addi solum posterior testimonio Syriae &
lacinie ecclesie confirmari potest. de illius consuetudine in legendis proponendūq;
pericopis testatur tabula, N. T. Syriaco Vienna impresso subijuncta, & qua sunt
passim interposita textui designandarum pericoparum gratia: de hujus patet ex
Augustini sermonib. de tempore, qui exstant T. 9. & ex Bedæ sermonib. Asti-
valibus. & hiemalibus, qui leguntur T. 7. ejusdem operum.

Ex lectione & explicat.
pericoparum Domini cal-
multae Ecclesie v. x. N. T.
ment fidem concepèrunt
confirmarunt. & 8
eundem usum possunt suffi-

29. 3. ex ratione, idq; triplex: (1.) Ex quibus omnia ad doctrinam,
redarguentionem, institutionem, correctionem & consolationem hiepromi possunt,
ea sufficiunt prælegi & exponi populo, præsertim plurimum non capaci. At prius
dici potest de pericopis illis Evangeliorum & Epistolarum. E. & posterius. Minor
probari potest deductione contrarij ad absurdum: Nisi enim sufficiant ista ex
pericopis, quid fiet ecclesijs prioribus tot seculorum, imò etiam hodiernis quam-
plurimis apud nos in pagis, in quibus alia non fuerunt proposita, neq; etiam
nunc proponuntur? (2.) Explicatio usitataram pericoparum ac commodata est
pleriq; docentibus & audientibus. E. retinenda. Antecedens patet ex condi-
tione urrorumq;: illi, præsertim in pagis nonnullis atq; etiam alicubi in oppidis,
plerumq; sunt tales, qui scripturam ordine explicare, cum ecclesie commodo,
nequeunt: & hi paucioribus audiendis & discendis vix sufficiunt, nedum plu-
ribus, & sæpè difficilibus, qualia sunt in Iobo, prophetis, apocalypsi & alijs (vide
Lutherum T. 3. germ. Tenens fol. 299. a. & 301. a. T. 4. fol. 248. b.) (3.)
ab auctoritate & concessione adversarij, qui sub tribus conditionibus, (de qui-
bus eundem vide p. 420.) in ecclesijs rudioribus pericopas usitatas dieb. Do-
minicis retineri posse concedit, ut paulo antè indicavimus.

30. Quæ in contrarium afferuntur, sive ex scriptura, Luca 16. v. 29 Act. 13.
v. 15. & 27. cap. 15. v. 21. Coloss. 4. v. 16. 2. Tim. 3. v. 16. sive ex praxi, pro qua
allegantur aliquod Patrum testimonia, & ex Gratiano dist. 15. c. Sancta Ro-
mana Ecclesia: deniq; etiam testimonium historie, unde pateat recens hoc esse
institutum, circa tempora Caroli M. introductum, à Deo quatuor eclipsibus
triennio ante prædictum: sive ex ratione & experientia, quæ hujus moris &
consuetudinis mala cuiusvis patere queant; de his & similibus in ipsa συζητησά
per occasionem agemus.

31. Nunc autem postquam de verbo Evangelij, quod prædicandum est, egimus,
proximum erit ut de prædicatione ipsa agamus. ad quam cum duo actus omni-

Bus mediata vocati videantur necessarii, quorum alter in meditando, alter in habendo sive pronunciando consistit; meditatio autem sive formatio concionis quia vel proprio Marte & studio, vel alieno, uti moris est ijs, qui Postillas utuntur, perfici solet; omisso posteriori membro de habendis concionibus, duas de meditando quaestiones proponemus.

32. 5. Quest. An licitum sit in meditando formandaq; concione uti postillis? Resp. affirmamus: negant Calvinianorum nonnulli, e quorum numero duos producere possumus: Wilhelmum Zepperum in lib. de arte concionandi, pag. 45. & seqq. item lib. 2. de politica ecclesiastica cap. 8. p. 424. Bartholom. Keckerman. Rhetor. Eccl. p. 154.

33. Postillas quid communiter vocent, huc proprie non pertinet: singulariter hic intelligimus, textuum Evangelicorum & epistolicorum explanationes in formam concionum factas a viris pijs, eruditjs & populi docendi peritis: in quibus argumenta lectionum Dominicalium populariter & eruditè tractantur, & usus earum in fide & vita monstratur. Harum lectio & meditatio, quam usus appellatione denotamus, cum possit vel privata & domestica institutioni, vel publici & ecclesiastici muneris expediendi gratia suscipi, determinatione quadam addita prædicatum circumscripsimus, ex qua patet, relicte priori sine posteriorem à nobis tantum spectari.

34. Argumenta pro nostra sententia adducimus triplicia: Primum ex scripturae monitu, quæ omnia explorare, & quod bonum est, retinere mandat: Spiritum extinguere, prophetias (sub quibus ejusmodi explanationes verbo Dei consentaneas intelligimus, Rom. 12. v. 6.) pro nihilo haberi vetat, 1. Thess. 5. v. 19. 20. 21.

35. Secundum ex auctoritate & judicio præstantissimorum ecclesie doctorum, quales de pluribus nominabimus, Augustinum & D. Lutherum. ille lib. 4. de doctrina Christiana, cap. 29. Sunt quidam, inquit, qui bene pronunciare possunt, quid autem pronuntient, excogitare non possunt. quod si ab alijs sumant eloquenter sapienterq; conscriptum, memoriaq; commendent, atq; ad populum proferant, si eam personam gerunt, non improbe faciunt. hujus judicium de hac quaestione qui requirit, inveniet illud T. 3. germ. Ienensi, in lib. de formula Missæ rectè celebrandæ, fol. 301. a. T. 6. germ. Ien. in præfatione postillæ M. Antonij Corvini, fol. 384. a. T. 8. germ. Ienensi in epistola ad M. Iohannem, Pastorem N. fol. 415. a. Quibus adjungi poterunt iudicia Andreae Hyperij ex lib. de formandis concionibus, fol. 13. & eorum, quos hic præcipuè habemus antagonistas, Zepperi in arte habend. & audiendarum concionum

pag. 44.

Postillas in meditando for.
mandaq; concione uti
postillis.

Augustinus de reu
postillarum

pag. 44. & 45. item Keckermanni in rhetorica ecclesiastica, pag. 156. ubi licet hoc genus librorum (puta à Lutheranis editorum) attingi nolit: tamen Iesuitarum & Calvinianorum postillas commendat.

36. Tertium ex ratione: Adversarij laudant, si quis commentarios librorum integrorum legat, conciones aliorum diligenter audiat, calamo excipiat, & ad suum in docendo usum transferat. E. postillarum lectionem in eundem finem susceptam merito vituperare nequeunt. sunt enim hæc paria.

37. Contra hæc quod obducitur ex Ierem. 23. v. 30. de furantibus verba Dei à proximo suo: (quem locum Zepperus in arte habendarum concionum pag. 50. huc trahere non veretur) id refutat August. lib. 4. de doctrina Christi. cap. 29. & ostendit ipse contextus, à scopo propheta esse planè alienum. videatur ibidem Tremellius, quem adversarius temere non repudiabit. Cetera, quæ opponuntur de incommodis postillarum, quod sint errorum semina, centones undiq; malè consarcinati, in vectivis, calumnijs & convitijs plene, fermenta desidia, & similia: item delectabilibus & sectatoribus earum, qui sint in pbrasis. ridiculi, in applicationib. jejuni, in affectib. frigidi, & in docendo planè inutiles atq; inepti: de ijs in ipso disputationis actu postulantijs nostram sententiam exponemus.

38. 6. Quæst. Qualis esse debeat meditatio suo Marte (ut loquimur) concionem formaturi? Resp. In formaturo quia duo sunt necessaria, potentia, & actus; duo etiam explicatu necessaria videntur: unum de agente sive meditato concionem, qualis ipse esse debeat: alterum de ejusdem actione & meditatione, qualem hanc esse oporteat. Qualitatem autem cum illius tum hujus non spectamus juxta ideam & perfectionem, quæ optari potius quàm spectari potest, sed juxta habitum & actum probatorum artificum: quos tamen inter se gradibus differre non ignoramus.

39. Agentis requisita ad hanc facultatem sive potentiam & actum necessaria statuimus triplicia: naturæ gratiæq; dona, artem & usum.

40. Naturæ dona intelligimus, cum alia, tum imprimis ingenij aptitudinem, judicij dexteritatem, & quæ animo concepta dispositaq; sunt, sermone exprimendi facultatem: quæ omnia auget perficitq; Sp. Sancti gratia, instruens docendi dono, & provehens data in ijs, qui diligenter orant, & talentum suum unice student conferre ad ædificationem ecclesiæ & Dei gloriam.

41. Artis vocabulo complectimur duo præcipue: 1. notitiam doctrinæ Christianæ integræ, ejusq; fundamentorum, sive scripturæ sacre: 2. peritiam linguarum & artium; maxime logicarum, ut vocant.

Formaturo concionem
3a requisita sunt necesse
ria.
Naturæ dona.

Art

33/33

42. *U*sus appellatione designamus cum ἐν ἄλλοις exemplorum alieno-
rum inter audiendum vel legendum factam, & in locos communes theoreticos
sive practicos relata, tum ἤθεσι sive compositionem recitationemq; de-
clamationum. quibus omnibus & singulis quò quisq; fuerit instructor, eò ad
hunc meditando actum erit aptior.

43. *A*ctio ejusdem, (prævia semper ardenti oratione) consistit in con-
templatione sive scrutatione objecti: cujus legitima ratio censenda est, quæ
rendit ad finem, qui concionaturo propositus esse debet, juxta normam, quam
sequi tenetur.

44. *O*bjectum hodie in nostris ecclesijs est textus biblicus: ñq; vel uni-
versalis, sive, ut alij vocant, dogmaticus, qui generatim tractat de re ali-
qua, sive theoreticè ad docendum de articulo aliquo fidei, modo thematis
simplicis, modò conjuncti forma: sive practicè de aliqua virtute aut vitio:
sive etiam mixtim ex utraq;: vel singularis & historicus, qui continet narra-
tionem rei gestæ, aut vaticinium de gerenda.

45. *F*inis proximus est docere & movere: cum quibus etiam conjunctum
esse debet studium delectandi: quod Augustinus lib. 4. de doctr. Christ. cap. 12.
sejunctim tercio loco collocat, ut & alij. Ibidem cap. 17. propositum esse vult ec-
clesiasticè, ut intelligenter, libenter, obedienterq; audiatur: quod eodem recidit.
Valgo ex 1. Cor. 14. v. 3. 4. 5. 12. 17. 26. generatim vocant edificationem,
cujus formæ & modi indicantur 2. Tim. 3. v. 16.

46. *R*ematus & ultimus est gloria Dei, qui ultro comitatur propinquum,
Matth. 5. v. 16.

47. *N*orma videtur duplex constituenda: una primaria, quæ est
ἐν ἀρχῆς fidei, Rom. 12. v. 6. altera secundaria, quæ sunt præcepta di-
cendi de illa alibi convenientius agitur: de hac pauca quedam indicabimus, par-
tim communia omnibus concionum generibus meditandis, partim propria singulis.

48. *C*ommunia digeri possunt juxta tria priora oratoris officia: (po-
steriora enim duo habendis potius quàm meditandis servantur) inventionem
dispositionem & elocutionem.

49. *I*nventioni attribuimus, quæ partim ad textus sensum investigan-
dum & declarandum, partim ad usum applicationem ostendendam conquirere,
& ex conquisitis cum judicio seligere est opus.

50. *A*d sensum eruendum opus est notitia cum verborum sive linguarum,
tum artium, imprimis logicarum, quibus ratio resoluendi traditur: ut (quod
ad rerum explicationem maxime requiritur) genus causæ rectè constituat-
tur,

zur, & pro hujus natura ad certam partem Catechismi, unam vel plures, textus explicandus referatur: argumentum & summa, propositio, partesq; principales investigentur.

51. Ad sensum erutum in concione populo declarandum non inutiliter adhiberi putamus, partim paraphrasticam verborum textus explicationem, (de qua qui ex professo scripserunt, consulantur.) partim *Comparat.* & copiam aliarum rerum hinc inde ex scriptura collectarum, quibus textus explicatio vel in totum, vel per partes illustreretur & amplificetur.

52. Illius generis censentur, occasio, coherencia cum reliquo contextu, loca similia & dissimilia: hujus logica, rhetoricave ornamenta, ex iggerationes, & amplificationes. Priora intellectui, posteriora iudicio & aestimationi rerum proponendarum potissimum inseruiunt.

53. *Usus* secundum genus *causae*, ad quod pertinet textus, & secundum finem concionanti propositum, qui est fides & mores, rectè dirigitur.

54. In textu dogmatico & ipsa doctrina, quæ in eo proponitur, diligenter explicanda, & alia, sed non multæ simul variæq; ex eodem per bonam consequentiam eruendæ & tractandæ: in illa *ἐνώπιον* textus rectè sequimur: in his opus est testimonijs & exemplis, quibus illustrentur & confirmentur.

55. Applicatio itidem, quæ ab usu, ut usurpatio remediij ab ipso remedio differt, diligenter monstratur in dogmatum verorum confirmatione, falsorum refutatione, vitæ morumq; institutione aut correctione, sive secundum communem omnium, sive secundum singularem vocationem certi ordinis hominum.

56. In ijs quæ ad fidem pertinent, intempestivè & infructuosè subtilitatibus scholasticis indulgeri: in ijs verò, quæ ad vitam spectant, exhortationum dehortationumve rationes, quibus languentes in bono affectus excitentur, ferventes in malo revocentur, perperam & vitiosè omitti arbitramur.

57. In textu historico translatio hypotheseos ad thesin, h. e. revocatio actionis aut passionis, de qua concionandum est, ad suum genus, sub quo continetur, nempe virtutis aut vitij, & consequentis felicitatis aut infelicitatis doctrinam ex eo tractandam monstrat. addi potest personæ agentis aut patientis consideratio secundum circumstantias præcipuas: unde itidem doctrina aliquid eruere licet, cujus applicatio simpliciter ostenda.

58. Finis cum subordinatus tum ultimus rectè spectatur, si, quid ubiq; & semper, quid aliquando & alicubi necesse sit proponi, utenditur.

59. Prioris classis censemus fundamentum ecclesiæ, quod est Christus

cum suo merito 1. Cor. 3. v. 11. (vide ibidem exemplum apostoli c. 2. v. 2.)
quinam ejus lapides vivi seu vera membra ecclesie, nempe, qui ejus per fidem
participes facti, Gal. 3. 6. Hebr. 3. 14. crucifigunt carnem cum concupiscentijs
Gal. 5. 24. deponant veterem hominem & induunt novum, Eph. 4. 22. &
seqq. incedendo juxta normam verbi divini, super quos manet pax & mis-
ericordia Gal. 6. 16. contra quos nec supera nec infera quicquam possunt, Rom. 8.
38. 39. reliquis vero hypocritis & impijs, quod in gremio ecclesie delirecunt, ni-
hilo plus contra ignem eternum proderit, quam zizanijs, quod in medio tritici
germinarunt, Matth. 13. 30. imo condemnationem eorum aggravabit, ibid. c. 11.
22. 24. Luca 12. 47. De hac ὁμοιοπαίει & distinctione inter eos, ad quos
pertinent vel legis communicationes vel Evangelij promissiones, diligenter obser-
vanda monet scriptura Ezech. 18. v. 19. & seqq. c. 33. v. 7. & seqq.

60. Posterioris classis censemus, quae proponenda & urgenda sunt cer-
tis temporibus, puta gratiae divinae vel irae: tranquillo ecclesiae statu, vel pertur-
bato per haereses, flagitia & scandala publica: item locis certis, alia enim magis
necessaria sunt rusticis, alia oppidorum, alia urbium maritimarum sive me-
diterranearum incolis, ipsaeque in varios ordines distinctis: quorum ut quisque me-
dicina opus habet, ita ei a curatoribus animarum providendum est.

61. Dispositionis & Elocutionis praecipua hic operose congerere praeter
rem videtur quae enim exordium propositionem, partitionem & ceteras par-
tes esse conveniat, rectius ex praecipuis aliorum & ex usu cognoscitur, quam ex
disputationibus: cum (quod non minus verè quam eleganter Augustinus dixit
lib. 4. de doctrina Christiana cap. 3.) eloquentia facilius adhaereat legentibus
& audientibus eloquentes quam eloquentiae praecipua sectantibus.

62. Verbis in concionibus plebeja, sordida, & rerum sacrarum dignitati
nequaquam respondentia uti indecora sunt, ita etiam affectiva & planè singu-
laria non probantur. (vide Dn. Philippi judicium in Matheij concioni-
bus, de vita Lutheri fol. 139. b. vom Staatschreiber Zendejch.)

63. Atque haec de meditatione, quae ad formandam concionem requiritur,
ex multis pauca sufficiant: de alijs, quae ad habendam necessaria sunt, & ad me-
moriam pronuntiationisque officia pertinent, licet ad munus pastorum non minus
quam indicta spectent, tamen hoc loco de eis agere inconveniens videtur, quod illa
non est concionari volentium potius quam Iteo & cetero disputantium con-
cernant.

64. Propria porro quae sint singulis concionum generibus, doctrinali, redar-
gutivo

gativo, institutivo, correctorio & consolatorio; illa cum eadem de causa, tum etiam vitanda prolixitatis causa omittere necesse habemus.

65. 7. *Quæst.* An publicæ verbi prædicationi communiter ad omnis particularis alicujus ecclesiæ auditores institutæ, privata singulorum cura conjungi debeat? *Resp.* Nos affirmamus: negant quicunq; fideles in suo munere dici & censeri volunt, & hoc studium præmittunt.

66. *Argumentum pro nostra sententia afferimus triplicia: 1. ex scripturæ testimonijs, Esa. 57. v. 2. Jerem. 23. 2. Ezech. c. 3. v. 17. & seqq. c. 33. v. 7. & deinceps. c. 34. v. 2. 3. 4. 1. Tim. 5. v. 1. 2. 2. Tim. 2. v. 24. 25. c. 3. v. 14. c. 4. v. 2. & 5. Heb. 13. v. 17.*

67. 2. *ex ejusdem exemplis: Nathanis, 2. Sam. 12. v. 1. & seqq. Elie 1. Reg. 8. v. 18. & deinceps: Iohannis baptista, Matth. 14. v. 4. Christi, Matth. c. 8. v. 19. & seqq. c. 12. v. 48. & alibi Pauli, Act. 20. v. 20. & 31. 1. Thess. 2. v. 10.*

68. 3. *ex ratione: (1.) Qualem curam æque merito singuli pastoribus demandavit: talem ovium gerere debent. At non solum publicam & communem omnium, sed etiam privatam singulorum eisdem commisit: vide Ezech. 3. v. 2. & seqq. Ebra. 13. v. 17. E. privatam quoq; singulorum curam gerere debent. (2.) Singulorum cura necessaria est in confessione privata, quam vocant auriculari. E. multò magis extra eam. illa enim est ex instituto humano sive ecclesiastico, hæc ex præcepto divino. (3.) Bubulus, subulcus, opilio qui vis singulorum de armento aut grege curam habere tenetur, adeo ut si vel ovicula vel vitulis desideretur, de amissa rationem reddere necesse habeat. E. multò magis pastores spirituales singularum suæ fidei commissarum ovicularum curam habere tenentur.*

69. 8. *Quæst.* Qualis hæc privata pastorum ergo singulas oves cura esse debet? *Resp.* accommodata ad necessitatem ovium. hæc autem quia est varia, cum propter diversitatem morborum spiritualium, tum propter affectiones morbidorum sive laborantium, cura quoq; non erit uniusmodi: id quod ex sequentib; intelligetur.

70. *Morborum spiritualium alij sunt mentis, ut ignorantia doctrinæ Christianæ, sive quod ad verba, sive quod ad sensum: alij voluntatis, ut carentia assensus: alij cordis & affectuum, ut defectus fiducia, caritatis, & spei & similia.*

71. *Morbis spiritualibus laborantium alij sunt dociles, alij indociles: alij vacillantes, alij labentes, alij jacentes & quasi indormiscentes.*

A. Minori

Necessitas ovium varia

Morbi spiritualis
mente, voluntate, cordi
& affectibus.

72. Cura autem ad genus morbi, & ad affectionem morbidi sive aegroti accommodanda est: quod ut prudenter & aptè fieri possit, primò laborandum est, ut in notitiam morbi & conditionis, qui eo laborat, perveniatur: deinde medicina conveniens adhibeatur.

73. Notitiam illam ovium pastores aut propria sua aut aliena operæ consequi possunt. Alienam appellamus, partim rumorem sive privatam sive publicam, qui errores & flagitia non patitur esse occulta: partim aegrotantis indicium, quod ipse facit vel accedendo ad pastorem vel accersendo eundem, ut decumbentes solent.

74. Proprium pastorum intelligimus, qui, ut speculatores, scire debent, quid quisq; in suo cætu agat, & ut bonus pastor, nosse oves singulas.

75. Quod igitur doctrinam fidei cuiusq; ovium attinet, an ignorantia aliqua sive verborum sive sensus laboretur, examine publico & privato facile indagabitur: an vero assensus aut fiduciæ defectus adsit, non ita in proclivi est deprehendere, propterea quod multi sunt in ecclesiâ hypocritæ: si tamen pastor debitam adhibuerit in inquirendo diligentiam, culpæ & damnationis affinis non erit.

76. Vitam uniuscujusq; examinare convenit tripliciter: 1. juxta vocationem communem omnium Christianorum: 2. juxta propriam & publicam in repub. sive literaria sive civili, h. e. juxta ordinem & statum, in quo quisq; degit: 3. juxta privatam in œconomica vita.

In quo Christianismus consistat.

77. Christianismi veritas & forma interior consistit in fide non simulata, cuius argumentum Symbolo apostolico delineatum, eiusq; operibus in Decalogo præscriptis, inter quæ eniter maximè ardens invocatio & gratiarum actio, Joel. 2. 32. Act. 2. 21. Rom. 10. 13. Signa externa sunt, verbi, quo illa proponuntur, auscultatio & meditatio, sacramentorumq; usurpatio. Ex his igitur tanquam externis illius interni veritatem probabiliter colligimus, non necessario.

78. Sed cum externas illas actiones æquè obire possit & soleat hypocrita, quam verè pius, Matth. 7. v. 22. 23. certiora indicia habebit pastor ex fructibus cuiusq; quos profert auditor faciendo voluntatem patris cœlestis, ibid. v. 21. Luc. 8. v. 15. in vocatione communi omnium cum ecclesiastica tum œconomica, & propria, quam habet in politia sive literaria sive civili.

79. Personam, quam quisq; suscepit in repub. vel in œconomia, an rectè & fideliter suslineat, ex factis uniuscujusq; in primis, uti etiam ex dictis, patebit: in qua intentus esse pastor debet, & videre, an sint verè conformia legi Dei,

Dei, an verò hypocritica: id quod continua observatio facile ostendet. nihil enim simulatum potest esse diurnum.

80. Privatim etiam singulorum vitam domesticam moresq; & fidem explorare necessarium est: de quo jam autè, cum de Catechismo ageremus, meminimus.

81. Publicam deniq; famam de unoquoq; præsertim constantem, non temerè contemnet, sed de ea singulos commonefaciet: id quod Christi monito, Luc. 16. v. 1. 2. & Apostoli factò 1. Cor. 5. v. 1. comprobatur.

82. Morbi specie indagata ad affectionem morbidi sive ægroti inquirendam erit accedendum, proq; ejus conditione medicina exhibenda.

83. Qui enim rudes sunt & ignavi sive capitum doctrinæ Christianæ, sive intellectus & sensus eorum, illi sunt instar puerorum lacte pascendi Hebr. 5. 13. & ut liberi à parentibus, discipuli à pedagogis in Catechismo instituendi; 1. Cor. 4. 15. Gal. 6. v. 6. ut ad perfectionem virilem ferantur, Heb. 6. v. 1. nec amplius omni vento doctrinæ instar puerorum circumferantur Eph. 4. v. 14. præmissis & subjunctis ubiq; precibus Col. 3. 17.

84. Simili ratione cum ijs agendum, qui in erroribus hærentes vetæ doctrinæ non assentiuntur: qui si verè dociles sint, instructione simplici corrigi possunt. Sic Christus egit cum discipulis Matth. 5. v. 20. & seqq. cum Nicodemò Joh. 3. v. 2. & deinceps.

85. Sin autem falsò docilitatem præ se ferant & dogmatibus sanis seridè non astipulentur, nec fructus dignos vita proferant, vanitas larvæ, sub qua latere volunt, ipsis est detegenda, & perniciès certò subsequutura, nisi recipiscant, denuncianda sic cum Simone mago Petrus, Act. 8. v. 20. & seqq. cum Pharisæis Christus egit Matth. 23. v. 13. & seqq.

86. Si deniq; palàm indociles & contradicentes fuerint, testimonijs scripturæ & ex ea argumentationibus redarguendi constringendiq; erunt: ut factum est Saducæis & Pharisæis, Matth. 22. v. 23. & 24.

87. Ubi tamen præter institutionem & doctrinam magna longanimitate & mansuetudine opus est in seductis, 2. Tim. 2. v. 25. c. 4. v. 2. præsertim nobis, qui non novimus, ut Christus, quid sit in homine, Joh. 2. v. 25. 1. Cor. 2. v. 11. sed in patientia expectare jubemur, an istis, qui se nobis opponunt, respiscantiam largiri velit Deus, ad agnitionem veritatis. 2. Timoth. 2. v. 25. 26.

88. Seducendum alia est conditio, qui ut plurimum præfracti & desperati, ideoq; post unam & alteram admonitionem vitandi, Tit. 3. v. 10. 11.

184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

89. Fiduciam excitanda non diversa apparet esse ratio: in qua concipienda eadem, que in assensu adhibendo, occurrit diversitas. Inprimis autem studendum, ut homo in sui, qualis est ex corruptione congenita, & in Christi meritum, notitiam penitentiorem introducat: qui scopus est universae scripturae propositus, Psal. 40. 8. Heb. 10. 7. Lucae 24. 27. Job. 5. 39. 1. Corinth. 2. v. 2.

90. Languentes porro in cursu pietatis & vocationis sive communis sive propriae, stimulis praeceptorum excitandi, praemiorum promissionibus adliciendi, poenarum comminationibus urgendi: exemplis paribus confirmandi, imparibus adligendi, denique periculo cessationis terrendi. in via enim Domini non progredi est regredi.

91. Lepsi denique si dolent, erigendi promissionibus Evangelij, & ad cautionem majorem de futuro incitandi: sin peccato & lapsibus secure indormiscunt, primam praedicatione legis cum universali, tam particulari contra lapsus frequentiam instituta terrendi & prosternendi: deinde Evangelij consolationibus erigendi & recreandi: denique etiam de nova obedientia admonendi.

92. His & consimilibus modis pastor oves dociles suae fidei commissas in doctrina & moribus privatim instruere potest: indociles vero excommunicatione cum minori tam majori erunt castigandi: de qua cum in dissertatione de potestate clavium egerimus, hic finem facimus, reliqua de administratione sacramentorum legitima in sequentem *synonymum* reservantes.

Ab ipsa autem veritate, cum B. Fulgentio, (lib. 1. ad Monimum, cap. 4.) postulamus doceri multo plura, quae nescimus, à qua accepimus pauca, quae scimus: ipsam rogamus, ut praeviente ac subsequente misericordia, quaecumque salubriter scienda nescimus, doceat nos: in his, quae vera novimus, custodiat nos: in quibus, ut homines, fallimur, corrigat nos: in quibus veris titubamus, confirmet nos, & à fallis ac noxijs eripiat nos: ut in cogitationibus ac sermonibus nostris, quod salubriter donat, inveniat: & ea faciat de ore nostro procedere, quae sint coram ipsa principaliter grata, & sic fiant fidelibus cunctis accepta. AMEN.

Heo-

1. An legitimus pastorem soli prædicationi verbi divini incumbere jus & fas sit, relicta collegis administratione sacramentorum? Resp. disting.
2. An allegorizæ humano studio inventæ sint verbum & oracula Dei? Resp. neg.
3. An in concionibus testimonia exemplæ plura coactervare, an uni paucioribusve explicandis urgendisq; immorari conducibilis sit? Resp. affirmamus posterius.
4. An Patrum sententias probationis loco in concionibus promiscuè afferre liceat, aut expiationis gratia citra necessitatem extremam inserere conducatur? Resp. Neutrum probamus.
5. An hebræas, græcas, latinasve voces in homilijs ad populum usurpare conveniat? Resp. Neg.
6. An usus ὁμοιοτελειῶν latinorum, græcorumve in propositione, partitione, argumentorumve præcipuorum, quæ in confirmatione adhibentur, recensionem, aut etiam alibi, sit accommodatus & utilis concionibus ecclesiasticis? Resp. Neg.
7. An errorum & hæresium veterum & recentium, dum ab eis immunis est ecclesia, in concionibus mentionem fieri expediat? Resp. Neg.
8. An peccata, soli ministro paucisve alijs nota, in concione perstringere, aut publicè nota silentio præterire liceat? Resp. neutrum probamus.
9. An omnem reprehensionem publicam è suggestio privata præcedere debeat admonitio? Resp. affirmat Zepperus in lib. de concionum habendarum arte, pag. 192. negat Heshusius lib. 2. de ecclesia cap. 20: cui subscribimus.
10. An magistratus summus peccati publici reus publicè etiam redarguendus sit? Resp. affirmamus cum Luth. T. 5. Jenensi fol. 70. b. in explicatione Psal. 82. VVigando, *von Straffampt* / F. 3. a. negativam sequuntur alij.
11. An qui publicè perfrictum, & in eodem peccati genere perseverantem, privatum absolvit, citrà reprehensionis generatim aut speciatim factæ repetitionem in singulari & individuo institutam, fidelis animarum curatoris officium faciat? Resp. neg.
12. An pastor ovem alienam, quæ corporali & externâ conversatione in ipsius parochia hæreat, spirituali autem & interno consensu contrariam fidei & religionis speciem implentibus & profitentibus se associet, requirere, & ut Christo lucrifiat, operam dare teneatur? Resp. aff.


D. Mar-

D. Martinus Luther. in der Vorrede seiner auflegung des
Propheten Sacharia/ T. 4. Germ. len. fol. 248. a.

Ich befinde teglich / daß gar wenig Prediger jzt sind / so die
Zehen Gebot/den Glauben/das Vater vnser/recht vnd wol
verstehen vnd lehren können/für das arme Volck. Vnd die
weil sie in Daniel, Hosea, Apocalypß, vnd dergleichen schweren
Büchern/hoch her stiegen/in des gehet der arme Pöfel hin / höret
zu vnd gaffet auff solche herzliche Geuckler / mit grossen wunder.
Wens Jahr umb ist/so können sie weder Zehen Gebott/noch Glaus
ben/noch Vater vnser/ welchs doch die fürnembsten stück sind/ als
der alte rechte Christliche Catechismus oder gemeiner vnterrichte
für die Christen. Ich weiß nicht wie viel solche Wesscher nützer für
dem armen Volck sind / denn die vorzeiten von Aristotel vnd dem
Geistlichen Recht predigten.

Der art sind auch jzt etliche Schwermer / die grosse Kunst
vnd Geist rühmen/ von den alten Historien der Biblien/Es müsse
der Tabernakel Mofi vnd Priester Kleider erfür / etc. Es sey
noch dahinden Imago & Veritas, vnd weis nicht/ wie viel hohes/groß
ses/treffliches dinges fürhanden ist/ damit sie nichts thun / denn
sperrern dem fürwitzigen Pöfel das Maul auff/ geradt als were es
geringe ding/das vns offenbart ist/wie wir durch Christum sind ers
löset/vnd selig worden/ von Sünden vnd vom Tode/ das wir wiß
sen/ wie Gottes Gebott zu halten sind/vnd das Creutz vnd Verfol
gung zu tragen sey/ etc. Nein/ solchs ist nichts/das können sie sein/
ja gleich wie die Hans den Psalter.

Ibidem: Ich bitte vnd vermane bey aller Christlichen trewe/
jederman beide Lerer vnd Schüler / das man die Deutler/ die alle
ihre Kunst auff allegoria stellen / welche freylich nicht viel nützes/
sondern grossen rühm (als ich forge) suchen/ nicht groß achte. Denn
ohn solche kunst / kan man wol Christen sein vnd selig werden/ weil
sie nichts oder gar selten etwas gewisses deuten. Die besten vnd
nützlichsten Lerer aber vnd den außbund halte man die/ so den Ca
techismus wol treiben können / das ist/ die die Zehen Gebott/ dem
Glauben/ vnd das Vater vnser rechte leren/das sind seltzame Vogel.
Den es ist nicht groß rühm noch schein bey solchen/ Aber doch groß
ser nutz/ vnd ist auch die nödigste predigt/ weil drinnen kurz begriff
fen ist die ganze Schrifft/ vnd kein Evangelium ist / darin man
solchs nicht lehren kundie/wenn mans nur thun wolte/ vnd sich des
gemeinen armer Mans anneme zu leren. Man muß ja dem
Pöbel solch kurz ding immer fürblewen / als die Zehen
Gebott/Glauben/vnd Vater vnser/etc.



14. An præparatio ad cœnam & probatio sui ipsius, c. 7. Corinth. c. 11. v. 28. sint unum & idem? Resp. neg.

15. An Paulus 1. Cor. 11. v. 27. & 29. agat de secundo (ex triplici illo, quod Bucerus constituit Tomo Anglicano tione articulorum concordia VVitebergensis) qui quidem num in sacramento non dignè perpendunt? Resp. affirmat Z rionibus fidei suæ confessioni subjunctis, pag. 255. & seq. ub idipsum probare conatur: nos negamus: de argumentis contra eum volentibus agemus.

16. An sint aliqui indigni convivæ cœnæ Dominicæ, e dent, & utuntur cœna ad salutem? Resp. affirmat Martyr in c nos negamus, qui affirmativam contradictione in adjecto la de justificatione per solam fidem repugnare statuimus.

17. Sitne bonus syllogismus, quem Bell. l. 4. de Euc Soli illi dignè communicant, qui perturbatas habent conf Luth. T. 1. lat. fol. 270. 2. Soli infideles habent eas; inquit est pax conscientia; infidelitas sola est perturbatio ejusdem, ut E. soli infideles dignè accedunt. Resp. affirmativa est Jesuita bis placet, qui medium terminum in majori de causa infere conscientia; in minori de causa impediende medicinæ applic idcirco quatuor terminis argum. ntum laborare statuimus.

18. An Lutherus & Kemnitius de adoratione in usu e docuerint? Resp. Bell. lib. 4. de Euch. c. 19. affirmat: nos ne

D. MARTINUS LUTHERUS T. 8. Jene
Bekentniß vom H. Sacrament fol. 199. b

Wiso wirds die Schwermer nichts helfen/ das sie ment sehr groß gewesich treiben/ von dem geistlich ten des leibs vnd Bluts Christi / vnd von der der Christen. Denn das sind eitel Feigenbleter/ t Heva mit decken vnd schmicken wolten/ das Gott ihre s nicht mercken solte. Viel weniger wird sie helfen ih lehren vnd schreiben / mit ernstem zuchtigen wandel / Heydnisch ding. Dazu auch diß verloren ist/ das sie Sohn/ vnd heiligen Geiße/ vnd Christum den Heylant

